sicut et esse: quod fine et principium universi esse tamen
unum / Et hoc est quod dicit Aristoteles in fine huius
duodecimi / Entia non vult male disponi:
nec bonum pluralitas principiatuum: unus ergo prin-
ceps quod qui et deus / Et hoc est super omnia
mundus omnibus: cum quibus fiat / Utrum sit tantum
unum primum principium:~

Ad rationes ante oppositum // Ad primam dicitur quod uni-
versum non est per se et omnino perfectum: quia hoc est solum primum
dicitur eius quod est habitudo per se et essentialiter
effectus ad suam causam / universi ad bonum se-
paratum scilicet deum: et per hoc bonum separatum non
est omnis finis extrinsecus universi // Ad secundam dicitur quod
duplex est finis / Primus est qui licet sit primus
in intentione / ponitur tamen in re post actionem agentis /
Et de tali procedit maior rationis: Alius est finis
qui in re precedit ordinata ad finem: et huic se-
quitur illa ordinata: et ordinatur ad ipsum
tamquam in bonum et ultimum / Et huiusmodi finis
est deus // Ad tertiam dicitur quod licet omnia consequatur
primum inquantum possunt / Non tamen sequitur quod sint ita
perfecta sicut primum. Unde omnes perfectiones que sunt sim-
pliciter et unite in primo / sunt divise et multiplicate
in entibus secundis / et minorate in ipsis: secundum tamen
magis et minus:~ Ad quartam dicitur quod sicut
dictum est / quod omnes perfectiones que sunt simpliciter et uni-
te in primo: sunt divise et multiplicate in universo /
Unde et perfectio universi non potest salvari nisi
in multitudine universi: et ita universum solum
est bonum et unum unitate ordinis:~ Solum
autem illud est unum per se / quod sua substantia omnes
perfectiones includit / et hoc est deus gloriosus / qui sit
in secula seculorum benedictus / Amen:~ Finis .12.

Quarta questio 2i libri Utrum intellectus noster corpori coniunctus
possit cognoscere deum et substantias separatas etc. fo. 36.
Secunda questio 6i libri continet duo dubia / Quorum
2m est Utrum omnia que sunt reducantur ad aliquam
causam per se ex qua de necessitate sequantur:~ Ibidem / Quo-
modo sunt compossibilia infallibilis divina providen-
tia / et libertas arbitrii nostri:~ Ibidem de potestate. fo. 16.
Tertia questio 7i libri Utrum ex cognitione sensibilium
deveniamus in cognitionem substantiarum immaterialium etc. 81.
Tertia questio 9i libri De actu et potentia:~ fo. 98.

Registrum operum Platonis:~
Hipparchus de lucri cupiditate
Hipparchus de philosophia
Theages de sapientia
Menon de virtute
Alcibiades primus de natura hominis
Alcibiades 2us de voto
Minos de lege
Euthyphron de sanctitate
Litigiosus
Parmenides de uno rerum omnium principio
Philebus de summo hominis bono
Hippias maior de pulchro
Lysis de amicitia
Theetetus de scientia
Ion de furore poetico
Sophista de ente
Civilis de regno
Protagoras contra sophistas
Euthidemus sive litigiosus
Hippias minor de mendacio
Charmides de temperantia
Laches de fortitudine
Clitophon exhortatorius
Cratilus de recta nominum ratione
Gorgias de rhetorica
platonis
Commentum Marsilii ficini in convivium
Convivium platonis de amore
Phedrus de pulchro
Apologia Socratis
Crito de eo quod agendum
Phedon de anima
Menexenus vel funebris oratio
Libri decem de republica
Compendium Marsilii in Timeum
Timeus de generatione mundi
Critias de attico et atlantico bello
Libri duodecim de legibus
Epinomis .1. de legibus
Epistole platonis duodecim
Platonica theologia de immortalitate
anime: et continetur in libris .18.:~